

Porro eum devovet in hebr. v. 19 *siccitas et calor rapiunt aquas nivium, ita infernus (eos rapiat) qui peccaverunt*¹ (cf. Mar. Malv. W. Zsch. P.); imprecatio simili est Ps. 67, 3 *sicut fluit cera a facie ignis, sic pereat peccatores a facie Dei* (cf. Pin.). Alio modo vulg. v. 19 « *ad nimium calorem transeat ab aquis nivium, et usque ad inferos peccatum illius* »; — i. e. ab una calamitate rapiatur in aliam eamque acerbiorem, et usque ad inferos comitetur cum poena peccati (cf. Cord. Tir.), vel: per omnia poenaria genera rapiatur, quae ignis et aquae metaphora designantur (Malv.). Atque, ait, istae poenae nulla misericordia mitigentur: v. 20 « *obliviscatur eius misericordia; dulcedo illius vermes; non sit in recordatione sed conteratur quasi lignum infructuosum* »! — « est poetica prosoopoëia quasi dicat: nemo eius misereatur, adeo ut ipsa misericordia videatur eius obliterata, illa que esse immisericors » (Cord.); auferantur ab ipso omnia, voluptates, vita, etc. ita ut nihil nisi foeda sepulchri corruptio et vermes ei relinquantur (cf. 17, 14), vel vermes in sepulchro pro vita dulcedine succedit eaque sint deliciae (Mar. Men.); memoria autem eius omnino oblivione obrutatur, excindatur ut arbor inutilis. In hebr. *obliviscatur eius vulva* (i. e. ipsa mater²), *dulcedo (edulia³) eius vermes, non memorabitur, sed frangetur sicut arbor iniquitas.*

Iure autem hisce diris est devovendum; v. 21 « *pavit enim sterilem quae non parit et viduare bene non fecit* »; — i. e. depavit, depastus est, spoliavit steriles, ope scilicet filiorum et defensione destitutas, vi duasque afflxit (cf. Cod. Pin. Cord. Vav. Tir.), est enim etiam in sermone classico *pascere et pasci quandoque vastare, depopulari*⁴.

Praeterea ipsa etiam potenteribus iniustitiis et iniuriis intulit v. 22 « *detraxit fortis in fortitudine sua. Et cum steret, non credet vitae suae* »; — i. e. vi et violentia fortis deiecit; et simulacrum improbus iste *surgit* (hebr.) vel insurrexit in aliquem, vel quamdui stat, nemo vitae suae securitatem habet, nemo de vita bene sperare potest (cf. Mar. Malv. I. Vat. Caiet.). Hac interpretatio et contextui et verbis apta est; nam *credet* vel in universum sumi (homines credunt, accepti, qui pluralis *בְּנֵי־הָרָבָבָם* inest.

1. Eadem explicacionem afferit de Rossi a R. Immanuel propositam.

2. סְמִתָּה cf. 10, 18. Ex. 13, 12. Num. 3, 12. Is. 46, 3. Vocem S. Hier. sensu translat accepit, qui pluralis *בְּנֵי־הָרָבָבָם* inest.

3. Ita Furst L. cf. בְּנֵי־הָרָבָבָם dulcedo. Alii a verbo *בְּנֵי־הָרָבָבָם* vel: eum gustant (eo delectantur) vermes (Hirz. W. Del. Zsch.), vel: corruptio eum dissolvit (Hitz.). Alii: dulcis ei est vermis (Chald. Ros. Matb.). Syrus: *sicut eos linea (vermis); Syris enim et Arabibus* est sorbere, absuovere, bibere (ita S. Ephr. ad h. l. et cf. Bernstein, Lex. Syr.), quam significacione forte elatae vocis hebr. vindicare debemus (cf. W.).

4. Hebr. *בְּנֵי* explicabis, ut Mich. 5, 5, eadem ratione (W. Hirz. Del. Zsch. P.), cf. 20, 26; vel, quod alius praefuerit, *בְּנֵי* confringere, conterere (Chald. Malv. I. Ros. Hitz.).

uti germanicum *man*) vel ex oppositione et sententiae nexu ad *adversarium* pertinere, in quem insurrexit improbus, same ab indole linguae hebr. et vulg. nullo modo est alienum (cf. Kaulen, Handbuch z. Vulg. p. 192). Sententia vero sic concepta magis *improbatem effert*, id quod Iobus h. l. certe vult, quam si cum *Vav.* explicamus: tanta est temeritatis, ut cum suae ipsius vitae periculo alios aggredi non dubitet.

Ad eundem sensum textus hebr. facilissime refertur; est enim *לֹא־בַּזְבֻּן* *prendere*, capere (cf. infra 40, 20. Ps. 40, 9), *rapere, abripere* ad perniciem, mortem (cf. Ps. 28, 3. Ez. 32, 20) uti LXX vertunt *κατέρρεψαν*. Quare minime opus est, cum recentioribus alio prorsus sensu vertere: at (Deus) diu sustinet violentos vi sua; (talis) surgit, etsi nam de vita bene speraverit (cf. W. Del. Hirz. Zsch. P.) i. e. saepe improbus ex instanti periculo servatur, et divina protectione peculiar modo frui videtur.

Calpa vero eius augetur, quia felicitate a Deo concessa abutitur; ita v. 23 illum sensum exprimit, quem multi iam in v. 22 secundum hebr. cernere volunt; v. 23 in hebr. *dat ei securitatem et fidelitatem et oculi eius super vitam eorum* i. e. etsi impius iniuste agat, tamen fruatur prosperitate; Deus eum protegit; oculis quasi in viam illorum intentis eos a calamitate servare videtur. Vetus scil. est lobii querela, impios quasi sub peculiari Dei tutela prospere agero. Effert id animo aegro et non sine exaggeratione, provocatus et exacerbatus argumentatione Eliphaz; est enim acriter disputantium hyperbolis non parcere. Vulg. sensum hebrei textus generatim reddit, at cum magis ad impiis culpam angendam inlebet.

Insuper longanimitate Dei in malum abutitur v. 23 « *dedit ei Deus locum ponentientem et ille abutitur eo in superbiam; oculi autem eius sunt in viis illius* »; — i. e. et nihilominus talen Dei oculi protegunt et servant a calamitate. Bene Pin. notat, benignitatem Dei, sub qua homo impune sinatur vivere, securitatem et confidentiam eleganter vocari in hebr., vulgatum vero interpretem id spectasse, hanc impunitatem et quasi inducias suea iustitiae Deum concedere propter poematiam agendam.

Et quali demum morte impii abripiuntur? Minime ruinis illis horribilis, quas Eliphaz vaticinatur, sed omnium aliorum sorte communis immo facil utiuntur; ita v. 24 « *elevati sunt ad modicum et non subsistent et humiliabuntur sicut omnia et auferentur et sicut summities spicarum conterentur* »; — i. e. hebr. lege et interpunge *elevati sunt; brevi et non sunt*, q. d. post vitam felicem sine morbi diuturnitate mortem obeunt (cf. 21, 13), *decidunt* i. e. morte abripiuntur sicut omnes alii; *sicut capita spicarum absinduntur*, ipsa comparatio mortem facilem, colorem post actem maturam et bene valentem indicat (cf. W. Hirz. Del. Zsch. P.). Rem acu tetigit *Vav.* contra aliorum interpretationes haec scribens: « si praeler rem Iobum nullum locutum, debet hoc velle, ut florentes et fortunati, licet im-

probi, integro saepe et stabili statu sint tota vita : qui tamen, sicut ceteri, concidunt ad extremum et occumbant leto.... quamdui vivunt, secundum habent prosperitatis cursum et illam ipsam mortem extumque felicitatis non praecepitum habent sed communem cum ceteris. Quod ait : *sicut summitates spicarum sic explicare licet*, ut illos ipso impios et fortunatos confecto vitae curriculo dicat tamquam maturas segetes in acervum proiici, ut supra 5, 26 ». Ultimum hoc etiam rite *Cod.*

Disceptationi Iobus victor finem imponit, fidenter ex suis querentis adversariis : v. 23 « quod si non estita? quis me poterit arguere esse mentitum et ponere ante Deum verba mea »? — primum iam membrum interrogationem in se conclusam confinet; nam **ex** potest esse particula interrogationis et h. l. sensus necessario est : *annon ita est*, ut dixi: *quis me mendacii convincet?* Nam nequit esse sensus: etiam si res non ita eveniant, ut ego affirmo, tamen nemo potest me refutare¹. Ergo etiam lat. *si* interrogationis particula h. l. esse debet, ut reveri *in vulg.* non uno in loco occurrit (cf. Matth. 12, 10. Luc. 22, 49. Kaulen, Handbuch z. V. p. 241); proinde scriendum: si non est ita? *ponere ante Deum* i. e. et quis potest verba mea ad Dei tribunal deferre eaque accusare ut vane et mendaciter prolata?

Ita textus lat. (cf. *Pin.*, *Sa.*, *Mar.* *Men.* *Tir.*); sim. *Syrus*; verum textus mas. et iam LXX et Chald. non legunt **לְנָבָד** (ad Deum), verum **לְנִילָה** **אֵלֶיךָ** i. e. quis verba mea ponet in nihilum, orationem meam confutat, inanem esse demonstrabit (cf. *Mar.*, *Vav.* *Cod.* *Mab.*, *W.* *Zsch.*, *P.* *Le Hir*)?

Nota. Quae sententiae de 24, 18-25 ferantur, paucis explicandum est. Primo enim aliqui v. 18-21 ironice a lobo dici et amicorum sententiam referri consent, quibus a v. 22 suam et veram sententiam opponat (cf. *Hitz.*). At certe nullum eiusmodi oppositionis vestigium appetat; id quod iam ex eo eluet, quod secundo alii *omnia* a v. 17-24 a lobo ex amicorum mente affiri et perstringi potent, quae dein v. 25 brevi sed vehementer ab ipso reiecta negentur (cf. *Hitz.*). Alii tertio dupliquie malorum sortem hoc loco a lobo asseri volunt; lobum scil. iam concedere, impios quandoque puniri (v. 18-21); attamen id umum urgere, eos non semper debitas lucre poenas, verum etiam saepe a Deo protegi, longa vita et prosperitate donari (v. 22-25; cf. *Mab.*, *W.* *Del.* *Zsch.*). Demum *B.* omnia, quae intra 24, 4-23 includuntur, solo v. 9 excepto, aliunde desumpta esse nec primitus ad librum lob pertinuisse, ipso argumento probari censem; nam « deserticolae nec tam mali sunt, ut exemplum peccatorum impunitorum praebant, nec tam boni,

ut pro tipo iustorum oppressorum haberi possint » etc., quare hos versus ex libro gnomico de rerum cursu de promptis et perperam cum libro Iob coniunctos esse coniecit. At gratitudo. Nam omnia illa optime cum argumento a lobo tractato cohaerere, ipsa expositi supra data ostendit; describit enim Iobus, in quantum improbi tyramidem exerceant et ad qualem miseriam alios rodigant. Car id alienum sit a libri arguento, haud facile dixeris; v. 9 neque cum antecedentibus neque cum sequentibus cohaerere *B.* asserit. Sed fallitur. Nam de improbis tyrannis eo in versu agi, ipsa res clamat. Iam vero quid mirum, si Iobus *afflictorum* sorte depicta denuo ad *affligerentes* sermonem convertat et ulterius delineat, quibus iniuriis alios oppriment? Ceterum hos versus nullo pacto esse avellendos, iam ea probant, quae in *ary.* diximus et quibus disputationis progressum ostendimus. Hisce autem explicatio proposita per ipsam suam facilitatem et cohaerentiam commendatur et vindicatur. Quid enim magis ad Iobi contra amicos disputantis tent? et quo argumento illorum doctrinam efficacius evertit?

1. Nam certe argufus : « vera quidem sunt, quae protuli; ceterum elsi longius a veritate exsularent, nemo vestrum vel aliorum hominum possit verba mea falsitatis arguere et tamquam falsa in divinum rapere tribunal » (*Cord.*). Quare non? Et num Iobus adeo insolenter et arroganter loqui censendum est? Minime vero!